Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars prima - Cod. Aug. perg. 22

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum VIII

urn:nbn:de:bsz:31-41594

Visual Library

a me domine quia homo peccator sum. et propterea
est factus est fundamentum ecclesie. Nichil enim ita carum
deo. ut si se aliquis minimum atque humilem
reputet. Et vere virtus non aliunde magis
aut oritur aut nutritur. quam si nunquam declinet
a compunctione et sui despectione discedat.
Nam enim humiliatur corde atque contere
ne efferatur in gloria. nec in laudis tumorem.
non iracundie furore vexabitur. nec aliqua
alia suscipiet passionem. Dixit enim michi
a me. quia mitis sum et humilis corde et
invenietis requiem animabus vestris. ut ergo
hic et ibi requie multa perfruamur humilitatem
matrem bonorum. mitis peremitus insistamus
animabus. Sic enim et spiritualis vite pelagus
sine fluctibus transire poterimus. et ad tranquillissimum
illum enavigare portum. Hec Crisostomus. Oratio

Domine ihesu christe. spes et fiducia
nostra memor esto quod pro redemptione
ne nostra suscepisti. memor esto
quod creator omnium susceptione nostre nature.
consors fieri dignatus es figmenti nostri.
venisti domine propter peccatores. ut omnium peccata deleres.
Quid tibi retribuam. quod pro hoc dignatus es pati
Te laudo. tibi totis visceribus gratias
ago. pro immensis beneficiis tuis. quibus
humano generi perdito subvenisti. Et
precor te piissime domine. ut qui sic pro nobis
pius es ut homo fieri dignareris. non
in nobis patiaris perire quod de terra sumpsisti
in peccatis assumere. Et fac me tibi gratam
et debitam servitutem exhibere amen

De eo quod ioseph voluit dimittere mariam capitulum viii

Et quia in principio ewangelii christi generationem
ologia matheus ostendit secundum
eius humanitatem. consequenter
nunc ostendit eius divinitatem
per modum conceptionis eius
mirabilem dicens. Christi autem generatio sic
erat. quasi diceret. Non credatis quod deus sit generatus
in ex commixtione maris et femine. sicut precedentes sed quodam
modo mirabili quod sequitur. Cum enim esset
desponsata maria ioseph. et maria de Eliza

beth ad domum suam in Nazareth redisset.
tandem Joseph a iudea in galileam veniens.
et desponsatam ~~suam~~ sibi in domum suam du
cere volens. antequam convenirent id est antequam
nuptiarum sollempnia celebraret. ~~non quod~~
non quod postea convenerat. sed ostendit proxi
mum tempus nuptiarum sollempnium. et est
modus loquendi. sicut si. antequam peniteret
morte preventus est. non quod postea penituerit
vel antequam convenirent cohabitatione. id est
antequam simul in una domo habitarent. nondum
enim convenerant nondum simul habitabant
ille in sua. et illa adhuc in domo sua ma
nebat quia licitum non erat apud iudeos
quod sponsus et sponsa absque nuptiarum celebra
tione simul convenirent vel habitarent. inventa et
visa est maria a Joseph in utero habens
et gravida. sed quod sequitur non invenit. nec
agnovit manifeste scilicet hoc esse de spiritus
sancti operatione. Perpendens igitur hoc et ig
norans tanti partum misterium dolebat et
turbabatur. ac nolens eam traducere id est publicare
id est divulgare et diffamare. ne sic tamquam ad
ultera lapidaretur. vel nolens eam traducere
in domum suam ad cohabitationem assiduam.
quia propter eius sanctitatem quam inspiciebat.
se indignum ad eius consortium estimabat.
voluit occulte eam dimittere parentibus.
a quibus eam acceperat. legerat enim
Ysaie predictum virginem de radice Jesse. et unde
noverat mariam duxisse originem. et legerat eam
Ecce virgo concipiet. et sic de ea credebat
completum. quia post conceptionem facies eius
ita resplenduit divinitate. ut propter choruscati
onem vix eam intueri poterat oculis. et nemo nisi
cum timore posset intueri. Ideo quod voluit
se ante tantam gratiam humiliare. indig
num se reputans tante virginis cohabitatione
Unde ~~Crisostomus~~ Jeronimus. hoc testimonium marie est.
quod Joseph sciens illius castitatem. et admirans
quod evenerat. celat silentio. cuius misterium
nesciebat. Unde et Crisostomus. O inestimabilis

[...]latus marie ita agis credebat. Joseph castitati eius quam utero et plus gracie quam nature. Concepcionem credebat. et fornicacionem suspicari non poterat. possibilius enim esse credebat virginem sine viro posse concipere. quam mariam posse peccare secundum Cris. Et nec maria preteriit absque tribulacione. perpendebat enim et videbat Joseph turbatum. et de hoc ipsa turbabatur et non modicum. humilitatem tacebat et occultabat donum dei. volens potius vilis et mala reputari. quam sacramentum domini propalare et de se aliquid loqui. quod ad iactanciam putaretur pertinere. Cogitabat autem dominum tot ipse dignaretur remedium apponere. et hanc sibi et viro tribulacionem auferre. Vides quanta magis tribulacio et anxietas eis erat. et quomodo dominus suos tribulacionibus vexari et temptari ad ipsorum coronam permittit. Sed tandem dominus utrique providit. Joseph enim de dimissione marie cogitante. et deliberante. ubi habes argumentum dimittendum de liberandum esse de anxietatibus et dubiis ne per eius temeritatem levitatis. misit dominus angelum suum. scilicet gabrielem secundum Aug. et hoc fecit triplici racione secundum Cris. primo ne iustus homo faceret iniustam iusto proposito. Secundo propter honorem matris. si enim dimissa esset traheretur turpi suspicione. tercio ut intelliges Joseph eam concepcionis revelacionem habe haberet cum virgine. quasi secundum glo. ne ulterius permaneret dubietas, quam emendabat castitas. Tunc apparuit Joseph in sompnis. ubi omnia in festa visione. quia ipsa dubietate [illegible] pertinebat velud sompno infidelitatis et dixit ei Joseph fili david. per quod secundum Cris reducat eum in memoriam promissionis facte david de ipso Christo. q. d. secundum glo. recognosce promissionem factam david. de cuius stirpe tu es et maria. et inde amplectam in ea. noli timere accipe domi retinere mariam. i. coniugem tuam non ad carnalem copulam sed ad cohabitacionem cum ea. ad ministerium devotam. necnon affectu et copulacione animorum quod est vere coniugium. Exemplo ergo marie liquet. fideles coniugatos. privato pari consensu in continencia posse permanere. coniugium quod posse vocari non permixto corporis sexu. sed custoditis mentis affectu. Unde et Joseph vir marie dicitur. quia vere coniugium est. ubi animorum affectus servatur. et etiam in maria fructus nupciarum invenitur. Et dixit angelus. Ne suspiceris. quod te moveret humana concepcio. Quod enim in ea natum est i. conceptum de spiritu sancto est i. virtute spiritus sancti est factum. In utero quippe nasci est concipi. sed deinde nasci est in lucem proferri. Secundum Remigium hoc dicitur quod duplex est nativitas. scilicet in utero et ex utero. ~~Nasci~~ Nascitur enim in utero cum concipitur. sed ex utero cum in lucem educitur. Hic ergo ponitur expliciti revelacio facta Joseph ab angelo. Ante enim noverat implicite. quoddam divinum esse in virginis conceptu. et sic est dictum. explicite tamen nesciuit factum et concepcionis modum seu misterium. et ideo hic explicite sibi revelatur per angelum. Pariet autem filium. quia sicut nativitas ex utero. quia ipsa sicut stella lucem. sicut virga florem sicut terra germen paritura erat. Et vocabis nomen eius ihesum id est salvatorem. ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. quod non est modicum quia nulla servitus miserior quam servire peccatis. et hoc propter utilitatem ipsorum. ubi ostendit angelus cum verum honorem in partu virginis. et verum deum in salute populi a peccatis. quia nullus potest salvare a peccatis nisi solus deus. De hoc latius videre poteris supra de concepcione salvatoris. Joseph igitur certificatus de concepcione et virginitate marie. exurgens a sompno dubietatis. ad mandatum angeli accipiens sponsam i. coniugem id est ad nomen coniugis et uxoris. cum virgine [illegible] que permansit et ei obsequebatur

tamquam domine ministrauit. Hinc
habemus argumentum quod quicquid a deo mone-
mur statim facere debemus. Ergo si iussit deus
aliquid statim si potes perfice. si non potes
quam cito facultatem habebis statim imple-
re tenebis. vota eciam que sine expressio-
ne cuiusdam temporis sunt facta statim sunt implen-
da ubi Crisostomus. Joseph per angelum de sacro
misterii celestis instruitur. monitis angeli letus
obtemperat. gaudens diuina iussa perfecit.
Susceptam sanctam mariam et totis exul-
tacionibus gloriatur. quia tante maiestatis
virginem matrem coniugem dici ab ange-
lo meretur audire. Hec Crisostomus. Per Joseph
cogitantem mariam dimittere. qui certificatus
de misterio per angelum accepit eam
ut dominam. significatur homo dubitans
in fide vel moribus qui per predicatore
vel confessore bonum persuadetur in istis. et so-
ciat se monicionibus ipsius. Et non cog-
nouit id est agnouit eam. donec peperit
filium suum primogenitum. quia eo
nato. dignitatem eius maxime agnouit
~~eam donec peperit filium suum~~. Unde
Crisostomus vere non cognouit eam ante cuius
fuerat dignitatis. sed postquam peperit
tunc cognouit eam. quia speciosior et
dignior facta fuerat quam totus mundus.
quia quem totus mundus capere non poterat
in angusto cubiculo uteri sui. sola susce-
pit. vel non cognoscebat eam opere con-
iugali. propter ea que didicerat. donec
pro eterno sumendo. id est numquam. ut per hoc
in temporis significacionem omne tempus
significatum accipiatur. Est enim hec dictio
donec. quandoque significatiua determinati tem-
poris. quo inspecto fit aliquid. sicut dicitur
iste non comedit donec esset hora sexta
qua completa comedit. Et quandoque est af-
firmatiua omni temporum et accipitur pro semper
ut ibi Sede a dextris meis donec ponam
inimicos tuos scabellum pedum tuorum id est semper sede a dextris
meis. Et quandoque est abnegatiua omni tempore
et accipitur pro numquam. ut hic in proposito. Si
enim non cognouit eam ante partum. multo
magis non cognouit eam post partum. cum sciret
per tot signis et miraculis in natiuitate et
post natiuitatem domini. cognoscebat deum
esse qui natus est. Aliqui exponunt hic de cog-
nicione faciei dicentes quod ex presencia cristi in
utero concepti. tanta erat claritas in facie
eius. quod Joseph. facie ad faciem eam cognoscere
non poterat. quia spiritus sanctus ab concep-
cione penitus impleuerat. sicut dicitur
de claritate faciei moysi ex consorcio ser-
monis domini. quia non poterat intendere
in eam filii israel. et ideo Joseph non cognos-
cebat facie ad faciem. quam desponsauerat
donec uterus euacuatus esset. Remanet
igitur. et stat gaudenter cum benedicta co-
niuge. et ultra quam dici possit eam casto
diligit amore. et curam ipsius gerit fideliter
et dominus cum ea moratur confidenter et simul
mendica paupertate viuunt letanter. unde
tribulacione cessante redit magis con-
solacio. Sic et nobis contingeret in tribula-
cionibus si paciam haberemus. Stat etiam
dominus ihesus more aliorum usque ad nouem
menses in utero reclusus ut homines qui
in miseriis mundi vel inferni clausi e-
rant ad consorcium nouem ordinum angelorum
reduceret. sicut benigne ac paciter sustinet
et tempus debitum expectat. Compatere si
per ad tantam humilitatis profunditatem deuenit.
Multum debemus hanc virtutem affectare.
nec deberemus ad elacionem vel vani reputa-
cionem umquam inanescere. quando tantum se
voluit dominus maiestatis inclinare. Et quia
de hoc solo beneficio ihesus tam prolixe re-
clusionis numquam ei digne satisfacere possu-
mus saltem corde hoc cognoscamus et gra-
cias eidem toto affectu agamus qui nos ex
aliis assumere dignatus est et hoc modo
cum rependamus eidem qui reclusus fuit nobis

Ad suum servicium [I]pius quippe beneficium
est hoc nostrum meritum et quidem bene
ficium multum acceptabile ac venerabile
et per maximum. Non enim ad penam sed ad
cautelam sumus reclusi et in arce religio
nis altissima collocati ad quam tamquam mundi
nequissimi venenose sagitte vel tumultuo
se maris procelle nisi nostra temeritate
non possint attingere. Convenit igitur toto pos
se mente reclusa et abstracta ab omnibus
nocivis eadem cordis puritate captare quia
corporalis reclusio nichil aut parum sine
mentali videtur prodesse. Unde quidam ait
Quid prodest solitudo corporis si solitu
do defuerit mentis. Et Gregorius: Quid pro
dest corpore conversari in claustro et men
te vagari in seculo. Convenit eciam in omni
bus ~~fil~~ ei gracias agere et ex corde eum
benedicere. Nam hec in virtutibus nobi
lissima est et coram deo splendidissima
ut homo in cotidiane obediencie, in exilio, in
paupertate, in contemptu, in infirmitate,
in multiplici mentis et corporis tribula
cione velit, sciat et possit deum laudare et
ex toto corde benedicere, ac ei cum gaudio
gracias agere. Desideria sursum erigere et
eum operibus collaudare. Unde Bernardus:
Felix qui passiones corporis sui propter iusticiam
ordinat ut quidquid paciatur propter dei fi
lium paciatur, quatinus et a corde tollatur
murmuracio et in ore versetur graciarum
accio et vox laudis. Hec Bernardus. Si enim
attenderet quod diligentibus deum omnia
cooperantur in bonum ad magnam animi quietem
perveniret, ita quod in eo loco haberet quod sapi
ens ait: Non contristabit iustum quidquid
ei acciderit, quia secundum ~~aug~~ Augustinum
quidquid accidit iusto voluntati divine
deputandum est, non potestati inimici.
Et similiter ipse dicere posset cum Job: Sicut
domino placuit ita factum est, sit nomen domini
benedictum. Igitur in tribulacionibus

seu flagellis et afflictionibus non debes
dubitare quia deus non permittit eas ad
suos venire nisi propter utilitatem. Ali
quando quidem ut homo a seculo se au
ferens oblectamenta temporalia respuat
et ad deum se convertens eterna concupis
cat. Unde Augustinus ~~inter~~ [...] Non convertitur anima ad
deum nisi cum ab hoc seculo avertatur,
nec oportunius ab hoc seculo avertitur
nisi perniciosis eius voluptatibus labo
res dolores que misceantur. Si enim assisteret
deus et non misceret amaritudines felicita
tibus seculi, obliviscerentur eum. Hec Augustinus.
Et ideo ait psalmista: Multiplicate sunt
infirmitates eorum, postea acceleraverunt.
Aliquando ut peccata sua melius agnoscat
et inde penitens et se corrigens purgatus
et mundus fiat. Ut enim ait Augustinus:
Quod lima ferro, quod fornax auro, quod
flagellum grano, hoc tribulacio viro iusto.
Unde fratres Joseph: Merito hec patimur
quia peccavimus in fratrem nostrum. Ali
quando ut sublato adiutore melius in
perfectionem suam videat et seipsum cog
noscat. Unde psalmista: Ego dixi in habun
dancia mea non movebor in eternum.
Sed ut ostenderes melius in ostendens averisti
faciem tuam a me et factus sum conturbatus.
Aliquando propter humilitatem conservandam et
virtutem custodiam, ne de meritis suis
presumat et in superbiam se extollat.
Unde apostolus: Ne magnitudo revelacionum
extollat me datus est in stimulus carnis
mee angelus sathane qui me colaphizet.
Aliquando ut sciat quam malum sit reliquisse deum et alieno esse velum [?]
Unde Jeremias: Scito et vide quia malum et
amarum est reliquisse te dominum deum tuum
et non esse timorem eius apud te. Aliquando
ut deus pacienciam alicuius declaret et per
sorum exempla alios ad pacienciam instruat.
Unde Job: Hec sit mihi consolacio ut affli
gens me dolore non parcat, nec contradicam

sermonibus sancti. Aliquando ut alii magis
timeant. et exemplum timendi inde sumant
unde sapiens pestilente flagellato stultus
sapientior erit. Aliquando ad dei salvatoris
laudem. et eius gloriam manifestanda.
sicut infirmitates ceci nati et lazari fue-
runt ut in eis opera dei manifestarentur
et ipse deus glorificaretur. Aliquando ut a
moris christi insignia recognitet. et animam
dei circa se recognoscat. unde in machab.
Etenim multo tempore non sinere peccatoribus
ex sententia agere. sed statim ultiones adhibere.
magni beneficii est indicium. unde secundum dictum
Jeronimi. magna misericordia est. ad
penis meritum non consequi. Et secundum in-
justitiam magna ira dei est. quando pecca-
tem non corripit. sed licentiam vagam in
peccatum ruendi permittit. Aliquando ut
spem maiorem ad deum habeat. et fiducia-
am ampliorem inde accipiat. unde augustinus
Cum timore debes esse. quando tibi bene est
Nonne melius est temptari et probari quam
non temptatum reprobari. unde et eccle-
siasticus magis irascitur deus cui non irascitur. non
enim cum nescio sed cum sencias te iratum tunc
maxime confido propicium. Etenim cum ira-
tus fueris misericordie recordaberis. Ali-
quando ut quam paratus sit deus ad suc-
currendum homo sciat. si tamen ad eum
toto die clamaverit unde psalmista. Ad dominum
cum tribularer clamavi et exaudivit me
Aliquando ut homo probetur si deum amet
et si virtutes in se habeat unde gregorius
pena interrogat. si quietus quis deum vera-
citer amet. Pateret nemo in pace vires
suas cognoscit. si enim bella desint. vir-
tutum experimenta non prodeunt. Aliquando
ut homo inde probatior fiat. et pro pacientia
coronam maiorem et meritum amplius
accipiat. ut patet de Job et martiribus
unde Jacobus Beatus vir qui suffert temp-
tacionem quoniam cum probatus fuerit. ac-

cipiet coronam vite quam repromisit deus
diligentibus se. Item secundum Crisostomum ut sic
nimium ardeat sibi thesaurorum idest donorum col-
latorum accipiat. neque enim superavit et
dyabolus nisi eum in maiori honore esse con-
videret. sicut insurrexit adversus adam
quem multa illum dignitate vidit conspicuum.
et contra sanctum Job. quia videbat illum a
deo multis laudibus coronatum. Insuper quidam
flagellis et tribulacionibus atteruntur non
ad peccati purgationem et veniam. sed ad punitionem
cionem et vindictam. et ad eterne dampna-
cionis inchoacionem et augmentum quod
reproborum est ~~…~~ proprium. sicut Antiochus
et herodes. ac quidam alii sunt passi. et
multi adhuc hodie videntur pati. quibus
convenit illud prophete. duplici contricione
contere eos. talibus enim presentes molestie
sunt quoddam preambulum et initium penarum
gehenne. quia afflictionum initium osten-
dit. quod in perpetuo in gehenna passuri
sunt. Circa suos vero dominus omnia misericor-
diter ordinat. et ad utilitatem eorum cuncta
dispensat. Omnia ergo vel iuste vel mise-
ricorditer facit. vel fieri permittit dominus.
et in omnibus semper est laudandus
unde augustinus vera fidelium humilitas
est in nullo superbire. in nullo murmurare.
nec ingratum esse nec querulum. sed in omni-
bus dei iudiciis gracias deo agere. deumque
laudare. cuius omnia opera aut iusta sunt
aut benigna. hec Augustinus. Hiis itaque
consideratis. sic cor tuum stabilire et
ordinare studeas. ut in contingentibus
adversis. et quibuscumque displicenciis humili-
ter paciencter. et letanter te habeas et
omnia spiritus. ita te exerceas ut cuius
repletus fervore et hec pro amore domini
ihesu appetas. quoniam ipse et sui hac viam
excelsam tenuit et monstravit et eam
ambulandi per eam omnibus reliquid
Pacietur enim et sustinet ut electi

et filii regum affliguntur hic in anteriori ho
mine et exteriori. Nam secundum apostolum
qui extra disciplinam sunt non filii, sed adul
teri sunt. Et secundum Augustinum qui excep
tus est a passione flagellorum exceptus est a nume
ro filiorum. Unde et idem Augustinus Nemo sibi
promittat quod ewangelium non promittit.
Nam est ut usque in finem sic fiat sicud scrip
ture dixerunt. Non nobis promittunt scripture
nostre in hoc seculo nisi tribulaciones pressu
ras angustias augmenta dolorum habun
danciam temptacionum. Ad istam precipue
nos paremus, ne imparati deficiamus.
Et aliquando peccatores in hac vita aut non
aut minus flagellantur quia iam desperata
est correctio eorum. At vero illi quibus paratur
vita sempiterna necesse est ut hic flagellentur
quia flagellat omnem filium quem recipit
id est quem recepturus est in ~~vitam~~ eternam he
reditatem. Addit omnem etiam unicum qui sine omni
peccato est. Cum ergo flagellat unicum fi
~~sine omni peccato~~ sine peccato velim quid ad op
tamen qui est cum peccato. Unicus sine peccato non
tamen sine flagello. Exemplum nobis pro
fuit in passionibus suis. Non ergo contur
bari debemus cum aliquis sanctus gravia
et indigna patitur si obliti non sumus
que pertulit iustus iustorum sanctus sanctorum.
Omnia enim terrena bona contempsit ut
ea contempnenda monstraret. et omnia terre
na mala sustinuit que sustinenda precipi
ebat ut nec illis quereretur felicitas nec in
istis timeretur infelicitas. hec Augustinus. Expedit
ergo nobis tribulari hic et flagellari. et
ideo non debemus in hiis frangi vel impa
cientes esse sed pocius hic affectare et di
ligere quia a malo nos retrahunt et ad
bonum inducunt. Contraria vero prosperitati
necessarie habere debemus et fugere quia
contraria predictis in nobis efficiunt.
Domine Ihesu Christe qui es inexpugna
bilis murus omnium ante sperancium

esto in tribulacione meum refugium. Vide
tribulaciones et angustias meas et mei
miserere. et per omnes miseraciones tuas benigne
succurre. Vide infirmitatem meam et pa
terna miseracione me protege. ut tua suf
fultus providencia numquam tua destituar
consolacione et misericordia. Memento
domine creature tue. et insidiantes michi hos
tes a me repelle. ut tua misericordia
munitus bonitatis tue dulcedinem in me
recognoscam. et dignam penitenciam pro peccatis
meis exsolvam. Amen. Capitulum xio

De nativitate salvatoris

In diebus illis scilicet maria
adhuc pregnante. Exiit edictum
a cesare augusto, ut describeret
id est in scriptis redderetur universus
orbis scilicet quilibet in civitate sua sub censu
videlicet persolvendo ut ait Gregorius. Nasci
turo domino mundus describitur quia ille veniebat
in carne qui electos suos ascriberet in eter
nitate. Utinam domine de electis tuis me unum
scriptum facias ut me in eternitate ascribas
huic Regi nos debemus censum fidei et iusticie
profiteri corde ore et opere. huic debemus
denarium id est animam lumine vultus eius insig
nitam vel decalogum legis in quo voluntatem
Regis nostri id est voluntatem eius invenimus.
sicut enim nullus a denario excipiebatur
sic nullus ab observancia mandatorum excipitur.
Ubi notandum quod primus Imperator Roma
norum fuit Iulius cesar qui secundum ysidorum
ideo Cesar appellatus est quia ceso mortue
matris utero eductus prolatus quia fuit vel
quia cum cesarie natus est vel quia fortiter
hostes cedebat. Unde ab eo Imperatores
ceteri Cesares sunt appellati. Iulio mor
tuo successit sibi Octavianus augustus
nepos Iulii Imperator secundus. Qui ideo
appellatus est augustus quia maxime
rempublicam et Romanum Imperium auxit.
Unde ab eo Imperatores ceteri dicti sunt augusti.

Ihesus.